



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

An Regulares non accedentes ad publicas processiones puniri possint ab
Episc. C. XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

10 Potestantem Episcopas Regulares huiusmodi delinquentes circa curam animarum, & Sacramentorum administrationē etiā censuris ecclesiasticis punire etiā extra iurisdictionem ex constitutio ne Greg: XV incip Inscrutabili.

S V M M A R I V M .

- 1 Regulares ad publicas processiones non accedentes ab Episcopo puniri possunt etiam censuris, & alijs poenis.
- 2 Item Sacerdotes seruientes Ecclesias Equestris Hierosolymitanorum ad easdem processiones accedere debent.
- 3 Quæ dicatur publicæ processiones.
- 4 Quando Regulares non teneantur ad dictas processiones accedere.
- 5 Controversia, quæ in processonibus orini solent, ab Episcopo dirimuntur.

C A P . X V I I .

An Regulares ad publicas processiones non accedentes
puniri possint ab Episcopo.

Xempti omnes tam Clerici Seculares,
quæ Regulares qui-
cunque etiam Monachi ad publicas
processiones vocati accedere te-
nentur, ijs tantum exceptis, qui
in strictiori clausura perpetud

vinunt ex Concilio Tridentino ses-
sione 13. alias ab Episcopo puniri possunt censuris, &
alijs arbitrijs poenis, ut resolutum
Sac. Congreg. teste Rico. in Prax.
for. eccl. par. 2. ref. 210. Coned. pp.
qq. canon. q. 26. sum. 16. Barbos. de
offic. & pot. Episc. p. 3. all. 78. n. 25.

Item Sacerdotes seruientes in
Ecclesijs Equestris Hierosolymita-
norum ad easdem processiones
accedere debent, ut censuit
Sac. Congreg. teste Vulp. in Prax.
indic. cap. 42. num. 9. Barbos. de offic.
& pot. Episc. par. 3. all. 78. num. 21.
Zerol. 1. p. in ver. processiones vers.
ad secundum, vbi etiam dicit
quod processiones publicæ dicu-
tur, in quibus adest Prelatus:
alijs vero sentiunt, publicas pro-
cessiones esse, que sunt in festo
Corporis Christi, in litanijs ma-
ioribus, ut in festo S. Marci, & in
minoribus, ut in triduo anteec-
dente Ascensionem Domini, vel
qua indicuntur pro bono publi-
co, ut imminentे peste, vel alio
flagello, vel in aduentu noui Epis-
copi, & quæ fieri debent à Capitu-
lulo, & Clero sede vacante pro
bono Pastore impetrando, ita
Vulp. d. cap. 42. num. 9: & alijs apud
Barbos. loco cit. d. all. 78. num. 2. obi-
etiam ad id resert decretum Sacer-
Congregationis.

Regulares vero, quorum Con-
uentus per dimidium milliare
distat à Civitate, non tenentur
accedere ad processiones, neque
ad id compelli possunt, ut decla-
ravit Sac. Congregatio apud Le-
zan. in Summ. qq. Reg. 10. 1. cap. 9.
nu. 47. Vulp. d. cap. 42. n. 8 Barbos.

M m m m d:par.



d.par 3:all.78.num.2. & refertur,
etiam inter deces. noniff. Diuers.
par.4.decif.24.

⁵ Controuersias verò, quæ inter
personas ecclesiasticas tam secula-
res, quam Regulares in proces-
sionibus publicis, & similibus ori-
ri solent. Episcopus appellatione
remota cōponere potest ex Con-
cil. Trident. sess: 25. de Regul. c. 13.

S V M M A R I V M.

1. A quo puniendus sit Regularis
delinquens extra claustra.
2. Quando aliqua qualitas requi-
nitur ad exercendam iurisdi-
ctionem, de illa plimè constare
debet.
3. Regularis in delicto deprehen-
sus an possit ad careeres episco-
pales duci.
4. Dic̄tio, statim, qualiter sit in-
telligenda.
5. An possit Episcopus ad capturā
procedore contrā Regularem
notoriè delinquentem, si in de-
lictio non deprehendatur.
6. Quid si timeatur de fuga Reli-
gioſi.
7. Et quid si Regularis intra Ec-
clesiam, vel intra claustra no-
toriè, & cum scandalo deliquerit.
8. Quando alij exempti à Inris-
dictione Episcopi, possint ab eo-
dem Episcopo puniri.



C A P. XVIII.

An, & quando Regularis intra
monasterij claustra degens,
& extra ea delinquens
possit ab ordina-
rio puniri.



Regularis non subdi-
tus Episcopo, qui
intra claustra mo-
nasterij degit, & ex-
tra ea ita notoriè
deliquerit, ut po-
pulo scandalo sit, Episcopo in-
stante à suo Superiori intra tem-
pus ab Episcopo præfigendum
leuerè citi puniendus, ac de pu-
nitione Prælatus regularis Epi-
scopum certionem facere debet:
alias à suo Superiori officio pri-
uandus est, & delinquens ab
Episcopo puniri potest ex Concil.
Tridentino sess: 25. de Regul. c. 14.

Si vero Superior in Regularē
delinquentem non animaduer-
terit, sed illum impunitum ad
alia sui ordinis loca extra Epi-
scopi dicecim transmiserit, re-
netur Superior instante Episco-
po intra terminum ab eodem
Episcopo præfigendum, Regu-
larē delinquentem à loco, ad
quem transmissus suit, renocare,
& in quo deliquerit, constituere:
alias penam priuationis dignita-
tum, & officiorum obtentorum,
& inhabilitatis ad illa, & alia in
posterum obtinenda, ac vterius
priuationis actiua, & passiua vo-
cis eo ipso incurrit, quarum pe-
narum relaxatio paue refertur